

PA 3825

18

C5 M8

Copy 1

OBSERVATIONES CRITICAE IN AESCHYLI CHOEPHOROS.

LOCI IN SENATU ACADEMICO

RITE OBTINENDI CAUSA

SCRIPSIT

Dr. IWANUS EDUARDUS PHILIPPUS MUELLER,

GRAEC. ET LAT. LITT. PROF. P. O.



ERLANGAE.

SUM TIBUS ANDREAE DEICHERT.

1867.

Tò γὰρ τοπαῖειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίκα.

Aeschylus.

PA 3825
CSM 8

I.

- Cho. ph. 195 εἰδ' εἶχε φωνὴν ἔμφρον' ἀγγέλου δίκην,
(ed. Dind.) ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ κιννυσσόμην,
ἀλλ' ἡ σάφ' ἦν μοι τόνος ἀποπτύσαι πλόκον,
εἴτερο γ' ἀπ' ἔχθρον κρατὸς ἦν τετμημένος,
ἢ ἔνγγενῆς ὥν εἶχε συμπενθεῖν ἐμοὶ
200 ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.

Weilius reiecta Hermanni coniectura εἶτα pro εἶχε scribentis versum 199 sic interpretatur: ‘aut, si cognatus esset, locum mihi daret una cum eo lugendi in huius tumuli ornamentum et honorem patris’. Confert Thucydideum illud ἀγανάκτησιν ἔχει, κατάμεμψιν, αἵσθησιν ἔχει (de quo vid. Popponem ad II, 41, 3) et Demosthenicum ὑποψίαν ἔχειν. At ἔχειν quamquam cum accusativis talium nominum coniunctum idem sonat quod habere apud Latinos, velut si dicunt ‘aliquid vituperationem, suspicionem habet’, tamen vis verbi alia est, ubi cum infinitivis verborum iungitur, oriturque ea significatio, quam Hermannus rectissime definit, cum monet ἔχω συμπενθεῖν non posse dici nisi ab eo qui materiam habeat lugendi. Sed etiamsi sermonis Graeci usus ab illa interpretatione non abhorreret, tamen vel sententiam eam, quam Weilius huic versui subiectā vult, ab hoc loco alienam esse manifestum est. Luget iam diu Electra; non igitur alter ei locum dare potest, sed ipsa alteri, ut secum lugeat. Quocirca nec per sermonis usum nec per sententiae rationem licet versum sic interpretari, ut interpretatus est Weilius.

Aliam viam explicandi iniit Naegelsbachius, magister meus ‘doctissimus atque incomparabilis’. Is in Actis Acad. Monac. VIII, p. 466. 467 amplexus scripturam Wellaueri ἀλλ᾽ εὐ σάφ’ ἦν ὃ bene defensam locum sic explanavit: ‘Oratio debebat sic continuari: aut respuere cincinnum illum aut ut cognati capit is suscipere et revereri. Nunc autem abrupto structurae tenore verba conversa sunt in interrogationem, ut haec sit informanda nobis structura periodi: ut planum esset, sitne ut ab inimico abscissus capite repudiandus an cognatus aliquis talis, qui lugeat mecum, decus illud huius tumuli et ornamentum patris habuerit (ἢ ξυγγενῆς τις ὁν, ὅστε συμπενθεῖν ἔμοι, εἰχεν ἔκεινον τὸν πλόκον ὄντα ἄγαλμα κ. τ. λ.).’ Haec nescio an nemini probaverit interpres diligentissimus. Nam ferri non potest, ut infinitivus *συμπενθεῖν* pendeat ex *συγγενῆς*, quod si voluissest poeta, certe *οἰος* (*συγγενῆς οἰος συμπενθεῖν*) vel tale quid adiectivo aptasset; deinde non apte dicitur *συγγενῆς εἰχε πλόκαμον* ὄντα ἄγαλμα τύμβον καὶ τιμὴν πατρός, pro quo nemo est quin exspectet *ἔκείσατο* (cf. v. 180 ἐπεμψε χαίτην κονράμην χάριν πατρί).

Mihi quidem difficultas omnis sublata videtur, si pro ὁν εἰχε levissima facta immutatione scribimus ἦν εγκε hoc sensu: utinam voce praeditus esset cincinnus, ut certo scirem, utrum inimicus eum abscidisset, an cognatus aliquis ad patris tumulum attulisset, qui mecum lugeret. φέρειν est eadem vi qua in χοὰς φέρειν v. 98; obiectum est πλόκον, cuius praedicatum est ἄγαλμα — καὶ τιμὴν, συμπενθεῖν aptum est ex ἦν εγκε*).

Ceterum totius enun-

*) Nuperrime L. Schiller in Muetzellii annalibus XX, 412. 413 coniecit: ἢ ξυγγενῆς ὁν εἰσε συμπενθεῖν ἔμοι, „oder ob ein Verwandter diese Locke hergelegt hat“; at, fueritne vis deponendi, quam huic verbo inesse statuit, apud Graecos in usu, ipse dubitat.

tiati pars posterior superiori liberius adnexa est atque sic conformata quasi praecesserit: ἀλλ᾽ ίνα εὐ ἥδειν εἰ ἀπ' ἔχθροῦ κρατός ἐστι τετμημένος ὁ πλόκος ἡ κ. τ. λ. Habeamus igitur exemplum illius αὐστηρᾶς ἀρμονίας Aeschyleae, cuius, ut ait Dionysius Halic. de adm. vi Dem. c.39, proprium est τὸ τῆς ἀκολουθίας τῶν προεξενεχέντων ὑπεροπτικῶς ἔχειν τὴν φράσιν μηδὲ κατάλληλον.

II.

- 205 καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,
ποδῶν ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.
καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
αντοῦ τ' ἐκείνον καὶ συνεμπόρον τινός.
πτέρωναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι
210 ἐς ταντὸ συμβαίνοντι τοῖς ἐμοῖς στίβοις.

Versus 207 et 208 Rossbachio in Commentatione de Choeph. locis nonnullis Vratislav. 1859 p. 15 videntur a ludiiis esse conficti, qui Euripidea castigatione ducti Pyladis vestigia ab Aeschylo non memorata aegre ferrent. Eiectis igitur his versibus receptaque ex scholiastae auctoritate in v. 206 particula δὲ pro τε sic legendum censem:

- καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,
ποδῶν ὅμοιοι, ταῖς δ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς
πτέρωναι κ. τ. λ.

Hermannus contra et Weilius post v. 208 lacunae signum posuerunt, ille quidem his verbis: 'tantum abest, ut quicquam sit eiciendum, ut dolendum sit quod unus plurimae versus exciderint. Nam cum duorum vestigia cerni dicat Electra, altera Orestis, altera comitis cuiuspiam, quis dubitabit, praesertim cum etiam ad orationis integritatem aliquid desideretur, quin alterius istorum vestigia suis dissimilia, alterius similia esse dixerit?' At nihil desiderabis, dummodo, quid illud καὶ γάρ (v. 207) velit, accurate per-

spexeris. Haec dicit Electra: ‘en vestigia pedum meis prorsus similia *). Nam vel (*καὶ γάρ*) duae sunt pedum circumscriptiones, una illius, altera comitis. Inde eo manifestior fit pedum illius cum meis similitudo.’ Nimirum sententia per *καὶ γάρ* illata nihil aliud quam demonstrat, quanta inter Electrae et Orestis vestigia similitudo intercedat. Nam similitudo duarum rerum magis conspicua fit, cum intercederit tertia res, quae illarum est dissimilis. Itaque versus 207 et 208 positos esse patet ad confirmandum illud *στίβοι* — *ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.*

Actor autem, qui personam Electrae agit, cogitandus est per gestum quendam pedibus metiri plantarum vestigia. Hoe dum fit, modicum dicendi intervallum oritur. Qua mora facta sic pergit: *πτέρναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ* *κ. τ. λ.* Et illa intercapedo rei quae agitur consentanea in causa est, cur versus 209 *ἀσυνδέτως* positus sit **). Sic explanatus locus nihil habebit, quod aut desideretur aut ei-ciatur; interpungendus autem hoc modo est:

206 — *τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς*
καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ συνεμπόρου τινός. —
πτέρναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι
ἐς ταντὸ συμβαίνοντι τοῖς ἐμοῖς στίβοις.

*) *ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς* dictum est pro *ὅμοιοι ἐμφερεῖς τε τοῖς ἐμοῖς.* τε non suo loco positum est, qua de re cf. Keck. ad. Agam. v. 1105 p. 387; synonymorum autem *ὅμοιοι* et *ἐμφερεῖς* par coniunctum nihil habet, quod abhorreat ab oratione Aeschylea; cf. Bernh. Hist. Litt. Graec. II, 2, 249. Itaque non est cur Weilium sequamur suspicantem *ὅμοιῶς* (sicut cincinnus) *τοῖσδε ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.*

**) Eandem causam asyndeti cognoscet in v. 233, ubi Orestes posteaquam signa, quibus soror fratrem agnosceret, collegit: *σκέψαι-βόστρυχον, ἵδον δὲ ὑφασμα, παύσα* dicendi facta sic pergit: *ἔνδον γενοῦ, κ. τ. λ.*

III.

In comminatione Apollinis Loxiae (v. 269—296), cuius originem vere Aeschyleam ab obelo Dindorfiano vindicaverunt Rossbachius (l. c. p. 12) et Heimsoethus (in libro qui inscribitur Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus, Bonnae 1861 p. 161), non pauca sunt, quae interpretes mirum quantum vexaverint. Nobis liceat versari in extricandis iis, quae summis etiam nunc implicata difficultatibus videntur. Ac primum plurimum offensionis habent versus 278—280

τὰ μὲν γὰρ ἐξ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα
βροτοῖς πιφαύσκων εἴπε, τὰς δὲ νῶν νόσους,

Hermannii quidem conjecturam μηνίματα cum Lobeckio pro μειλίγματα et τάσδ' αἰνῶν νόσους pro iis quae Medicei altera manus exhibit τὰς δὲ νῶν, νόσους scribentis satis refutavit Heimsoethus l. l. p. 159; ipse autem legi vult :

τὰ μὲν γὰρ ἐξ γῆς δυσφρόνων κηλήματα
βροτοῖς πιφαύσκειν εἴπε λειχῆνας νόσους.

κηλήματα intellegit βέλῃ βλάπτοντα, *κῆλα*, cuius vocabuli hac quidem significacione minus usitati glossam μειλίγματα in textum irrepsisse suspicatur; *κηλήματα* esse subiectum, *πιφαύσκειν* regere obiectum *λειχῆνας* νόσους. At ne si concedamus quidem *κηλήματα* idem h. l. sonare quod *κῆλα*, probari potest locutio *κηλήματα* *πιφαύσκει* βροτοῖς *λειχῆνας*. Nimirum Apollo minatur mortales telorum ab inferis missorum tanquam ictu vulneratos lichene affectumiri: sed *πιφαύσκειν* nunquam est apud Graecos afferre, gignere, incutere, sed indicare, planum, manifestum facere; qui igitur dici potest *κηλήματα* *πιφαύσκει λειχῆνας*, tela incutiunt vitiliginem? *Μειλίγματα* vero, in quo nomine ipso satis hercule est obscuritatis Apollineae, pro glossa habere nominis, cui quam vim Heimsoethus subicit, ea inaudita est et ab usu

Graecorum remotissima (cf. Ibyc. fragm. 2, 2 ed. Bergk: ἔρως κηλήμασι παντοδαποῖς εἰς ἄπειρα δίκτυα Κύπριδος βάλλει et Eur. Troad. 893 de Helena: αἱρεῖ γὰρ ἀνδρῶν ὅμιλατ' — — ὡδὲ ἔχει κηλήματα), est tantas obducere tenebras, quas ne Aeschylus quidem ipse posset discutere.

Quid Weilius? Is pro corrupto illo τὰς δὲ νῶν νόσους vel pro eo, quod prius in Med. scriptum erat τὰς δὲ νωνόσους, scribit τὰς δειλῶν νόσους; μειλίγματα autem et totum locum sic interpretatur: 'Nam quum praeciperet mortalibus, quo modo manium ex inferis ira placanda esset (videlicet fortiter in interfactores animadvertendo), ignavorum (vindictae pericula expaventum [vescentium?], τῶν ἀποδειλιώτων) praedicavit morbos.' In quo primum prorsus immemor erat illius τὰ μέν, quod non dubium est quin contrarie referatur ad ἄλλας τὸν ἐφώνει προσβολὰς Ἐρωνίων (v. 283); deinde haec interpretatio absona est a loci sententia universa: non enim, quibus rationibus ira inferorum sit placanda, sed, quae ipsos, qui poenas a noxiis non sumserint, mansurae sint poenae, docet Apollo ob eamque causam omnia, ut cum Vergilio loquar, poenarum nomina percurrit. His de causis nec emendatio nec interpretatio Weilii nobis probatur.

Sed cur eam viri docti viam interpretandi deseruerint, quam iam scholiasta praeiverat, vehementer miror. Is μειλίγματα sic interpretatur: τῶν ἐχθρῶν μειλίγματα. αἱ λάσεις γὰρ τῶν ἀδικούντων μειλίγματά εἰσι τῶν ἀδικηθέντων. Sunt igitur poenae, quas Furiae — nam hae sunt δύσφρονες illae, ut patet ex contrario ἄλλας τὸν ἐφώνει προσβολὰς Ἐρωνίων — ex inferis mittunt, quibus ira manium placeatur. Hanc autem vim Graecis non inauditam fuisse documento est epitheton μειλίχιος, quo cognominabatur Ζεύς, cui Αιάστια Athenienses celebrabant. Cf. Mommsen. Heortol. p. 382, qui C. F. Hermanno assentitur in Antiqq. Relig. Graec. §. 58 iudicanti per prolepsin quandam vel euphe-

mismum sic appellatum esse Jovem iratum et poenas
mittentem. Hesych. Λιάσια — ἔορτῆς ἡν ἐπετέλονν
μετά τινος στυγνότητος θύσιες (cf. interpp. ad Thu-
cyd. I, 126, 6). Apollonius quoque Rhodius illius rei po-
test esse documento, apud quem legimus 3, 594 νόσφι δὲ
οἱ αὐτῷ φάτ' ἔοικότα μείλια τισειν νίῃας Φοῖξοι, quod
recte explanat scholion (ed. Keil.): χωρὶς δὲ αὐτῷ δώσειν
τιμωρίαν ἐλεγεν τοὺς Φοῖξον παιδας. Itaque non opus
est cum Lobeckio et Hérmanno μηνίματα scribere pro μει-
λιγματα, quod nomen obscurius et difficilius intellectu qui
fieri potuerit ut nomen apertum atque lucidum, quale est
μηνίματα, loco demoveret, equidem non intellego. Vox au-
tem obseuriior convenit Loxiae ambiguitati et obsecuritati,
quam poetam imitatione exprimere voluisse rectissime Heim-
soethus statuit.

Quod si μειλίγματα poenae sunt, quas irae manium in-
ultorum placandae causa Furiae exigunt a mortalibus, se-
quitur βροτοῖς eos intellegendos esse mortales, qui caedem
parentum inultam sinunt, neque ulla coniectura tentandum
hoc vocabulum est, ut tentavit Rossbachius l. l. p. 13
ἀστοῖς pro βροτοῖς coniciens. Αστοῖς enim et νῷν ita in-
ter se opposita esse putat, ut νῷ intellegantur Orestes et
Electra, ἀστοὶ cives Argivi, qui nisi regis per scelus op-
pressi ultioni prospiciant, inferorum iis immineat vindicta.
At haec explicatio vel ideo reicienda est, quod Electrae
mentio, ut rectissime Dindorfius in praef. ed. V. p. XCIII
notavit, ab hoc loco prorsus aliena est. Τὰς δὲ νῷν quam-
quam scholiasta sic legit, ferri nullo modo potest. Legen-
dum est igitur cum Schneidewino τὰς δὲ νῷν μετεν-
μitterent mortalibus, portendens (*πιφανσιων*) mor-
bos mihi memoravit huiuscmodi: σαρκῶν ἐπαμβα-
τῆρας κ. τ. λ. Atque hae quidem poenae corpora exe-

dunt. Sequitur alterum genus earum, quae ad animum pertinent. Quodsi poeta orationem ad amussim conformare voluissest, sic eam continuaturus erat: ἄλλα δὲ μειλίγματα πιραύσκων; nunc liberius adiunxit superioribus: ἄλλας τὸν ἔφωνει προσθολὰς Ἐρινύων. Simile transitus ab oppositione ad coniunctionem exemplum legitur Sept. 924. 25: ὡς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας ξένων τε πάντων στίχας, ubi bene schol. πολλὰ κακὰ ἐρξαν τοῖς πολίταις, τοῖς μὲν Θηβαίοις δὲ Ἐπεοκλῆς, τοῖς δὲ Λαργείοις Πολυνείκης. Alia exempla suppeditabit Kühn. Gr. ampl. II, §. 733, 6, a. Atque illae quidem προσθολαὶ, ut ex sequentibus patet, furorem et insaniam afferunt. In descriptione autem huius partis paenarum versus 285

δρῶντα λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρύν

dici vix potest quam transversos egerit interpretes. Tribus modis difficultatem huius loci expedire conati sunt. Plurimi versum hoc illuc transponendum censuerunt; Weilius ante hunc versum tres excidisse statuit numerorum lege sua perductus, cui tantum tribuit, ut Aeschylus calculator potius quam poeta esse videatur; alii et transponendo et emendando loco desperato mederi volunt, ut Rossbachius l. l. p. 13. 16, qui post versum 271 sic legendum putat:

ἄτας ὑψός ἡπαρ θεῷ μὸν ἔξανδρονος,
εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους·
αὐτὸν δὲ ἔφασκεν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρύν
ὅμιλν τε λαμπρὸν καὶ φίλη ψυχῇ τάδε
τίσειν μὲν ἔχοντα κ. τ. λ.

Αὐτὸν ad Agamemnonem referri et δρμᾶν pro δρῶντα cum Hartungio legi vult vestigiis insistens veterum grammaticorum. At ista omnia vel hac una re corruant necesse est, quod αὐτὸν ad τοῦ πατρὸς referendum est, τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους autem corrupta lectio est atque merito a Dindorfio (l. l.) derisui habita, pro qua Heimsoethus veram manum poetae τοῦ φόνον τοὺς αἰτίους restituit. Heim-

soethus ipse rem, de qua quaerimus, hac coniectura enodandum esse censem:

ἄλλας τὸν ἐφέρει πεινάντας Ἐρινόων
ἐκ τῶν πατρῷων αἰμάτων τελονυμένας
δρῶντα λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρύν.

Qui quod extremo versu insaniam mentis significari statuit, recte eum fecisse puto. Nam qui clarum videt, superciliosa per tenebras movens, eum esse intellego, qui vel per tenebras Furiarum spéciem oculis cernere sibi videatur. Quod autem iungi vult προσβολαὶ ἐφέρει ποντίνσιν δρῶντα λαμπρὸν, i. e. μαινόμενον, in eo nemo ei assentietur. Nimirum malum ἐφέρει eum, qui eius adhuc expers est; sic Eum. 313 τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας προνέμοντ' οὕτις ἐφέρει μῆνις ἀφ' ἡμῖν; ergo προσβολαὶ Ἐρινόων accedunt ad eum, qui furoris expers est, non ad eum, cuius mens iam furore agitatur, δρῶντα λαμπρὸν ἐν σκότῳ ν. ο. Itaque illa emendatione difficultas loci neutiquam tollitur. Tollitur autem, ut mihi quidem videtur, si accusativum δρῶντα pendere statuimus ex participio φωνῶν, quod ex ἐφώνει facillime auditur, hoc sensu: de aliis memoravit accessionibus Furiarum, memorans de aliquo, qui clarum per tenebras videret. δρῶντα sc. τινά indefinite nec in certo homine dictum est a Loxia rem obscurante nec dicendi asperitatem fugiente. Participia autem ex verbis definitis saepe assumenda esse docet magister meus ingeniosissimus, Doederlinus, in Comment. de Brachylogia serm. Gr. et Lat. cf. eius Reden und Aufsätze II, p. 188. Sic neque ad emendationem neque ad transpositionem configiendum est et sic demum quae sequuntur τὸ γὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνεργέων βέλος — καὶ λύσσαν καὶ μάταιον ἐκ νυκτῶν φόβον κινεῖν ταρασσεῖν — nam ita scribendum cum Weilio et Heimsoetho est — superioribus continuantur optime.

IV.

450 τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφον . . .

Heimsoethus verba ἐν φρεσὶν γράφον interpretationem esse veteris cuiusdam grammatici putat, quae verbis δι’ ὥτων συντέτοινε adhibita in textum fluxerit atque poetæ verba loco suo exturbaverit. Verae autem manus vestigia cernere sibi videtur in iis quae scholiasta habet adnotata ad ἡσύχῳ φρενῶν βάσει: ἡρεμαίᾳ τῇ ψυχῇ. ἀντὶ τοῦ προσέχων καὶ μὴ ἀποπλανώμενος. Quae alieno loco adscripta olim esse ad explananda verba poetæ, quae nunc exciderint, arbitratus locum sic restituit:

τοιαῦτ' ἀκούων μὴ παραπλανωμένῳ
νόῳ δι’ ὥτων ἔσω
τέτοινε μῆθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει.

Haec eo confirmare studet, quod versus 444 (*λέγεις πατρῷον μόρον*) usque ad 455 (*ἀκάμπτω μένει καθήκειν*) omnes soli Electrae tribuendos esse censem. Quod si verum esset, sane in illis ἐν φρεσὶν γράφον et δι’ ὥτων τέτοινε ἡσύχῳ φρενῶν βάσει tautologia quaedam inesset vix ferenda, uti iudicat Heimsoethus l. l. p. 41. Sed falso systema tertium commi discripsit. Quoniam enim illos versus omnes Electrae esse vult, etiam versus 423 (*ἔκοψα κομμὸν Ἄριον*) et qui sequuntur, non eos tantum, qui a versu 429 (*ἴώ δαιᾶ* sic cum Wellauero et Bambergero scribendum est altero *ἴώ* propter antistrothicum versum expuncto) usque ad 433 (*ἄνδρα θάψαι*) continuantur, eidem Electrae adiudicat. At quod illud *ἔκοψα κομμόν* referri vult ad Electrae planetum cum maxime excitatum eorum, quae Orestes modo de matris sceleribus memorasset, stimulis *), in verbis Orestis

*) l. l. p. 484: 'Die in den Worten des Orestes gegebene Erinnerung an die unsäglichen, unsühnbaren Gräueltaten setzen die Electra in Wuth, sie tanzt auf, schlägt sich Brust und

ipsis nihil inesse video, quod Electram ad tantum dolorem excitare potuerit, ut tanquam furibunda pectora pugnis contunderet, passos laceraret capillos, genas unguibus secaret. Quid? quod ille planetus barbarus non Electrae moribus ingenuis, sed choro captivarum feminarum convenit, ut optime docuit Merkelius in *Commentatione*, quae inscribitur *Zur Aeschylus-Kritik und Erklärung*, 1863 p. 6. At enim quo tempore planetus ille femineus factus est? Cum occisus et truncatus Agamemno humatus est? Minime. An eo ipso tempore, quo haec pronuntiabantur? Ne hoc quidem statuendum est: obstat, si non aoristus *ἔκοψα*, quem iam Bambergerus cum Sophocleo illo *ἔφρεσ* *ἔρωτι* et Heimsoethus cum aoristis Tragicorum propriis *ἀπέπτυσα*, *ῳμωξα*, *ἔκλανσα*, aliis comparavit, at certe *ἥν ίδεῖν* (v. 425), quod illi interpretationi reclamitare intellegens Bambergerus emendare voluit *πολυπλάνητ* *ἄδην ίδεῖν* (sc. *ἔστι*). Mihi quidem illud *ἔκοψα* et hoc *ἥν ίδεῖν* ad proximum illud tempus pertinere videtur, cum missu reginae (v. 22) Chorus libaturam inferias Electram comitabatur cum planctu ingenti (v. 22 et seqq.), quem tamen pro veri amoris et pietatis in Agamemnonem signo esse vult. Haec autem ideo chorus memorat, ut Orestes dubius animi tandem aliquando consilium capiat poenas a matre exigendi.

Quod si versus 422 — 428 fieri non potest quin choro tribuantur, versus autem 429—434 Electrae, sequitur versus 444—455 non soli Electrae adiudicandos, sed inter Electram et Chorum sic dividendos esse, quemadmodum iam Bambergerus et Dindorfius fecerunt, ut versus 444—450 Electrae, *δι' ὥτων δὲ συντέτραυνε* Chori sint. Ex quo efficitur, in illo *ἐν φρεσὶν γράφου* vel quidquid ibi a poeta scriptum fuit, et in hoc *συντέτραυνε μῆθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει* non

Haupt — kurz dieser Theil beginnt mit einem wilden *κομμός* von Seiten der Electra, die nun singt: *ἔκοψα κομμόν* u. s. w.'

inanem quandam repetitionem esse, sed quod Electra graviter admonuerit, id excipere Chorum idem monentem. Ipsum autem illud *ἐν φρεσὶν γράφον* cum Heimsoetho glossema quidem esse iudico, sed veram manum poetae non sic oblitteratam puto, ut ad illam restituendam ex scholio aliis verbis adscripto auxilium sit petendum. Idem fere et alii iudicaverunt atque duas quae ad versus integritatem deessent syllabas supplere satis putaverunt. Franzius quidem scripsit: *σαῖσιν ἐν φρεσὶν γράφον*, quod non improbatur Weilio et ab Hartungio acceptum est. Verum vix quidquam magis languet quam illud *σαῖσιν*. Electra videlicet in nullius nisi Orestis pectus vult descendere ea quae monuerit. Cautius Hermannus ‘quid exciderit, inquit, dici non potest.’ Evidem si quid video, Aeschylum scripsisse puto

τοιαῦτ' ἀκούων ἐγγράφον δέλτοις φρενῶν.

Hoc Aeschyleum esse docent hi loci. Prom. 788:

σοὶ πρῶτον, Ιοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,

ἥν ἐγγράφον σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

Eum. 275: *δέλτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπῷ φρενῖ.*
Suppl. 179: *αἰνῶ φυλάξαι τάμ' ἐπη δέλτον μένας.*
Etiam Sophocles fragm. Tript. 8: *θες δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἔμοὺς λόγους.*

Vides igitur glossam *ἐν φρεσὶν γράφον* non prorsus obliterasse manum poetae, sed orationem poeticam in prosam depravasse. — Jam restituta ut mihi videtur poetae manu perspicere licet, quam valeat universus locus (v. 423 — 455) ut ad Orestis consilium confirmandum, ita ad commovendos animos audientium. Apte Chorus memorat planetus sui saevitiam, ut Orestes ex eo, quod captivae mulieres tantum luctum ediderint, tanto magis suum ut filii esse intellegat patrem ulcisci; Electra lamentatur patrem luctus expertem fuisse iussu matris: vel his accenditur Orestis animus (*πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἀρα τίσει* v. 435). Magis autem inflammatur, cum Chorus contumeliam Agamemnonis

occisi aperuit, Electra, quantas ipsa indignitates perpessa sit, docuit. Jam vero ubi soror intenta voce et gestu acri atque instante illud vociferata est: *τοιαῦτ' ἀκούων ἐγγράφου δέλτοις φρενῶν*, et Chorus, ut pro sua parte flammam ultricem suggereret, excepit hortationem Electrae voce et gestu non minus elato: *δι' ὥτων δὲ συντέτρων μῆθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει*: tum vero confirmatus ad ultionem Orestis animus est atque patrem invocat verbis his: *σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις*. Quo nihil aptius ad percutiendos animos audientium fingi potest.

V.

569 *τι δὴ πύλαισι τὸν ἵκέτην ἀπείργετε,
Αἴγισθος εἴτερος οἰδεν ἔνδημος παρών;*

Sic Mediceus et editores omnes praeter Dindorfium, qui in praef. ed. V. p. XCVII docet adiectivum *ἐνδημός* huic loco alienum esse. Ipse emendavit *ἐκδημός περ ὧν*, sic interpretans: cur supplicem ab domo arcetis, si Aegistho quamvis absenti notus est? Hoc eo defendit, quod ex iis, quae infra agantur et dicantur, appareat Aegisthum non in aedibus versari, sed peregre abesse. At enim neque advena Orestes ipse hoc scire poterat neque viator ille, quem fingit praetereuntem. Itaque haec emendatio non probanda est, sed scribendum *ἔνδημος παρών*, id quod ipse Dindorfius l. l. suspicatus est, hoc sensu: cur tandem arcetis supplicem a domo, si quidem domi est Aegisthus et scit eum foris esse, i. e. nisi forte domi est et scit hospitem adesse neque tamen hospitio excepturus est.

VI.

Stasimi primi stropha prima (v. 585 — 593) in Mediceo vitiose scripta emendationum et interpretationum varietate insignis est. Hermannus quidem sic legendum putat:

πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει
δεινὰ δειμάτων ἄχη,
πόντιαι τ' ἀγκάλαι
κνωδάλων ἀνταίων
βρύονσι πλάθοντι καὶ πεδαίχμιοι
λαμπάδες πεδάοροι,
πτανὰ δὲ καὶ πεδοβάμον' ἀπ' ἀνεμοέντων
αἰγίδων φράσαι κότον.

In quo tria sunt, quae offensionem haud parvam habent. Primum illud βρύονσι, pro quo Med. praebet βροτοῖσι, non necessarium videtur; nam sic struendum est: γᾶ τρέφει πολλὰ δεινὰ δειμάτων ἄχη πόντιαι τ' ἀγκάλαι sc. τρέφοντιν ἄχη κνωδάλων ἀνταίων βροτοῖς ὄντων; deinde πλάθοντι (Med. πλάθοντι, βλαστοῦσι καὶ) cum λαμπάδες coniunctum sensu iusto caret; cum enim πλήθειν sit plenum esse, abundare, quaeritur, quanam re abundant λαμπάδες; denique Hermannus vellem explicasset, quo modo intellegenda esset extrema pars πτανὰ — ἀπ' ἀνεμοέντων αἰγίδων φράσαι κότον. Accedit quod 'molossus' ἀνταίων cum eretico κνωδάλων in unum versum ligatus, ut Heimsoethus p. 378 demonstravit, a metrica huius strophae ratione abhorret. His de causis Hermannum sequi non possumus.

Weilius proprius accedit ad Medicei scripturam. Stropham enim hunc in modum restituit:

Πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη,
πόντιαι τ' ἀγκάλαι κνωδάλων
ἀνταίων βροτοῖσι πλά-
θοντι, βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι
λαμπάδες πεδάοροι
πτανά τε καὶ πεδοβάμονα καὶ νεμοέντων
αἰγίδων φράσαι κότον.

Scholiorum auctoritatem secutus βλαστοῦσι transitive accipit (γεννῶσι καὶ αὔξοντι), ut haec dicat poeta: 'multa sunt immania, quae terra et mare et aër alunt, nihil

immanius fēminarum libidine', atque , ut versus antistrophicus satis respondeat, inter ἔρωτας et ἀταισι adiectivum αἰναῖσι et particulam τ' inserit (*παντόλμονς ἔρωτας , αἰναῖσι τ' ἀταισι κ. τ. λ.*). At adiectivum αἰναῖσι huic loco non convenire Heimsoethus docuit p. 378, cui ne versus quidem ἀνταίων βροτοῖσι πλά — , παντόλμονς ἔρωτας αἱ— satis numerosi videntur (p. 377). Sed fac Weilium usque eo velis secundis pervectum esse; haud dubie naufragium fecit , cum ad scopulos illos appulit κἀνεμοέντων αἰγίδων φράσαι κότον. 'φράσαι' inquit 'est infinitivus per graecismum additus (v. ad v. 970), non imperativus: opponitur τις λέγοι;' Qualis est iste graecismus, per quem licet ad κότον, obiectum verbi βλαστοῦσιν, addere infinitivum φράσαι? nam in versu 970 (976 ed. Dind.), quem citat, ὡς ἐπεικάσαι πάθη πάρεστιν, infinitivus pendet ex πάρεστι neque proprietas quaedam sermonis Graeci cerni potest. Ex quo intellegitur nihil lucis obscuro loco interpretatione Weiliana allatum esse.

Multo praestat Heimsoethi scriptura

πόντιαι τ' ἀγκάλαι κνωδάλων
ἀνταίων βροτοῖς (—' —' —' ~ —)
βρύον σι, βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι
κ. τ. λ. — κἀνεμοέντ' ἄν
αἰγίδων φράσαις κότον.

Sed ne illi quidem prorsus assentimur. Nam ut versus antistrophici cum huius strophae versibus concordent, illud βροτοῖς βρύονσι eum coegit in antistropho aliquid addere, quod vix cuiquam probetur. Conicit enim haec:

Ἄλλ ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τις λέγοι
καὶ γνναικῶν φρεσὶν τλαμόνων
καὶ παμμηχάνονς
ἔρωτας κ. τ. λ.

atque ita nectit: ὑπέρτολμον φρόνημα ἀνδρὸς καὶ γνναικῶν φρεσὶν τλαμόνων. At enim sic tautologia intolerabilis

naseretur; nam ὑπέρτολμον φρόνημα γνναικῶν et γνναικες φρεσὶ τλάμονες idem esset, ἔρωτας autem in universum esset dictum atque ad viros etiam pertineret, cum, ut e Chori exemplis appareat, tantummodo ἔρωτες γνναικῶν φρεσὶ τλαμόνων perstringantur. Reicienda est igitur haec coniectura et interpretatio, Mediceus autem ita sequendus, ut deleta cum Dindorfio vocula καὶ ante παντόλμονς librarii errore inventa legendum sit

— — καὶ γνναικῶν φρεσὶν τλαμόνων
παντόλμονς ἔρωτας
ἄταισι κ. τ. λ.

Id si recte disputatum est, sequitur antistrophum prorsus sanum esse atque ad metricam eius legem et normam stropham, de qua quaerimus, restituendam esse. Igitur Heimsoethianum illud βροτοῖς βρύονσι locum habere non potest. Neque aliud quidquam relinquetur, quam ut tertius versus sic scribatur

ἀνταίων βροτοῖσι·

de numeris vide Rossb. et Westphal. doctr. metr. III, 174; structura autem quae sit, supra iam docui.

Sed ut illud βρύονσι improbo, ita cum Heimsoetho βλαστοῦσι pro πλάθονσι scribendum esse censeo, nisi quod hoc verbum non transitive accipiendum puto, a quo regantur πτανά τε καὶ πεδοβάμονα, sed intransitive, neque substantivo λαμπάδες eam quam scholia subicio sententiam. Nam λαμπάδες si, ut multi volunt, de solis radiis intelliguntur, possunt illae quidem appellari μετέωροι, sed μεταίχμιοι, interiectae inter caelum et terram, non possunt, quippe cum sol ipse in summo caelo versetur. Sunt igitur, id quod iam Klausenius et Bambergerus viderunt, fulmina (cf. Eur. Suppl. 1011 δαμασθεὶς λαμπάσιν κεραυνίοις, Bacch. 244 ὅς ἐκπυρῷσται λαμπάσιν κεραυνίοις) et omnino lumina, quae in aere subito oriuntur, qualia describit Aristoteles de mundo c. 4 πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλα φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται,

λαμπάδες τε καλούμεναι καὶ δοκίδες καὶ πίθοι καὶ βόθυνοι. Diod. 16, 66 δι' ὅλης τῆς νυκτὸς προηγεῖτο λαμπάς. Aptissime autem Merkelius*) l. l. p. 11 ex Diog. Laert. II, 3, 5 coll. Marm. Par. p. 72 refert duabus olympiadibus antequam Orestea doceretur, vel, ut Plinius N. H. II, 59 traduceret, Olympiadis septuagesimae octavae secundo anno lapidem de caelo decidisse ad Aegos flumen et cometam illis noctibus flagrasse, quae ostenta eos, qui Ol. 80, 3 Oresteam spectarent, etiamtum memoria tenuisse credibile esset. Talia igitur poeta significare vult, omnia formidinum in rerum natura genera colligens, atque hae *λαμπάδες* rectissime dicuntur non solum μετέωροι, sed etiam μεταχυτοι. Quod si *λαμπάδες* flammea caelestes sunt, quid vult *βλαστοῦσι*? *βλαστεῖν*, nasci, germinare, de ignibus aeriis dictum valet emicare, existere addita significatione pullulandi (cf. Ellendt. lex. Soph. s. v. *βλαστάνειν*) atque in illo *βλαστοῦσι λαμπάδες* sensus inest ‘crebris micat ignibus aether’; multitudini enim monstrorum, quae terra ac maria alunt (*πολλὰ μὲν γὰρ τρέφει*), respondet caelestium portentorum multitudo. Tropus ipse non audacior est quam ille, quem legimus in Agam. 311 φάος τόδ οὐκ ἀπαππον Ἰδαιὸν πυρός. — Jam quartum genus rerum dirarum sequitur, procellarum vis ac rabiēs. Procellac autem saepius cum fulminibus coniunguntur; cf. Pseudo-Plat. Alcyon. 3 extr. (VI, 110 ed. Herm.) καὶ ἐνθυμηθέντι γάρ τῷ δέος ἐπέλθοι καὶ τὰς ἀστραπὰς ἔκεινας καὶ βροντὰς ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη. Plin. N. H. II, 49. Et illa ἐξαίσια μεγέθη ἀνέμων poeta ita describit: πτωνά τε καὶ πεδοβάμονα κάνειοντων | αἰγίδων φράσαν κότον. φράσαν bene emendavit Merkelius. Aoristus est ex eo genere, quo res semel observata tanquam pro exemplo omnium rerum, quae

*) Qui quod πτωνά ad saxum illud caeleste, πεδοβάμονα ad terrae motum referri vult, mirum est.

similes acciderunt accidentque, ponitur; verbum ipsum sic usurpatum, ut valeat narrare, quod quis iam expertum habeat. Pers. 267 *καὶ μὴν παρόν γε — φράσαιμ' ἀν οἵ ἐπορσύνθη κακά.* Sententia igitur huius loci haec est: turbinum quoque furorem testantur bestiae et volucres et solo incedentes, quippe quae iam saepe eorum vi abreptae sint. *καὶ ad ἀνεμοέντων additum eodem sensu dictum est quo illud καὶ post βλαστοῦσι.*

Quae si recte disputata sunt, discriptio rerum terribilium a poeta secundum quatuor quae olim dicebantur elementa facta est: terra alit monstra dira, mare beluas hominibus infestas; ignium vis horrida cernitur in fulminibus et aliis inter caelum et terram micantibus ostentis flammeis; aeris vis sentitur procellarum bestias potissimum rapientium ira ac rabie. Sed haec discriptio rursus ad bipertitam rationem revocatur: primum eae formidines recensentur, quas inferior pars mundi alit; beluae terrestres et marinae, deinde eae, quae in superiori parte gignuntur, ignes et procellae. Quamobrem stropha sic conformanda et interpungenda erit:

πολλὰ μὲν γᾶς τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη
πόντιαι τ' ἀγκάλαι κυνοδάλων
ἀνταῖων βροτοῖσι
βλαστοῦσι καὶ πεδαιχμιοι
λαμπάδες πεδάοδοι,
πτανά τε καὶ πεδοβάμονα κάνεμοέντων
αἰγίδων φράσαιν κότον.

VII.

- 599 συζύγους δ' ὁμανλίας
θηλυκρατής ἀπέρωτος ἔρως παρανικῆ
κυνοδάλων τε καὶ βροτῶν.

In verbo *παρανικῆ* non immerito offendunt Hermannus Merkelius alii. Legendumne fortasse *παρακινεῖ?* κινεῖν et νικᾶν a librariis permutata esse videmus ex Thuc. I,

143, 1, ubi in Vatic. *κινήσαντες*, in aliis codd. *κινήσαντες* scriptum extat. Ut autem Graeci dicunt *τὴν πολιτείαν, τὰ καθεστῶτα, τὰ πάτρια κινεῖν*, non solum si quid moveatur, verum etiam si quid ita misceatur ac turbetur, ut dissolvatur rerum status, ita *παρακινεῖν*, quamquam usus eius plerumque intransitivus est*), tamen etiam de statu reipublicae movendo et labefactando dictum esse Dindorfius docet in lex. Stephan. VI, 287. Hoc igitur loco translata ex republica imagine dicitur de evertenda ea communitate, quae pietate continetur; est enim *σύζυγος ὁμανλία* non modo ea societas, quae in coniugio est, sed, ut exempla *ἔρωτος ἀπερώτον* a Choro allata demonstrant, latius patet, velut ea, quae in liberis ac parentibus est, quam *ἔρως ἀπέρωτος* recte dici potest miscere turbare everttere, *παρακινεῖν*.

VIII.

Stropham corruptissimam stasimi primi, quae a v. 623 usque ad 630 continuatur, Hermannus ita sanare studuit, ut scriberet

ἐπεὶ δὲ ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων
πόνων (ἀκαιδος δὲ δυσφιλὲς γαμή -
λενμ' ἀπεύχετον δόμοις
γνναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ δάφοις ἐπικλύτῳ σέβων,
τιων τ' ἀθέρμαντον ἔστιαν δόμων
γνναικείαν τ' ἄτολμον αἰχμάν).

Parenthesis ab huius loci sententia prorsus abhorret. Nam, ad quod damnandum chorus post demonstratam Althaeae matris in filium, Scyllae filiae in patrem impietatem

*) Meinek. Fragm. Comice. IV, 689: ‘*παρακινεῖν* proprie de citharistis usurpatum videtur a recta chordarum via aberrantibus; hinc pro *ληρεῖν* et *ματρεσθαι* intransitive dictum.’

iam transit, coniugium dico Clytemestrae et Aegisthi et caedem mariti ab uxore perpetratam, id nullo modo fieri potest ut in parenthesis concludatur atque tanquam obiter tangatur; in hoc enim exemplo detestabili cardo rei vertitur. Accedit quod apodosis Hermanniana *κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Αἴμυνον λόγῳ κ. τ. λ.* ad illam protasin male quadrat. Ob id ipsum, ut alia omittam, Hermanni scriptura probari non potest.

Naegelsbachius l. l. p. 478—480 stropham sic refingendam censuit:

ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων
πόνων ἀκατέρων τε, δυσφιλές γαμήλευν διπεύ-
χετον (-κτέον) δόμοις
γνναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
ἐπ' ἀνδρὶ τενχεσφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ, δάφοις ὃς εἰκότως σέβας·
τιω δ' ἀθέρμαντον ἐστίαν δόμων
γνναικεῖαν τὸ ἀτολμον αἰχμάν.

At ne sic quidem omnes dubitationes eximuntur. Nam etsi nos nolimus cum Heimsoetho (p. 245) offendere in illo ἀμειλίχων πόνων ἀκατέρων τε, tamen altera coniectura δάφοις ὃς εἰκότως σέβας neutiquam potest probari. Nam hoc enuntiatum relativum cum prosam orationem nimis redoleat, tum εἰκότως laudationem quandam hostium habet Agamemnonem reverentia prosequentium, quae quidem laudatio a loci ratione abhorret.

Weilius pro ἀκαίρως δὲ legi vult παρήσω δὲ vel tale quid, pro τίων δὲ femininum τίοντα ad finem strophae interrogationis signo addito, pro δηίοις ἐπικότω σέβας substituit δάφοισιν ἐντόκῳ σέβας, hoc sensu: ‘Cum immites libidines commemoraverim, silentione premam detestandum Clytemestrae et Aegisthi conubium feminaeque insidias viro bellatori structas, viro etiam hostibus venerabili? Colamne frigidum focum domesticum, mulierum imbelle sce-

trum? — Qui quod signum interrogationis poni vult, viam monstrare mihi videtur, qua locus impeditissimus expediri possit; quod autem ἀκαίρως δὲ corruptum esse putat atque παράγσω δὲ substitui vult, neminem habebit assentientem. Qui enim fieri potuit, ut παράγσω a librariis in ἀκαίρως depravaretur?

Heimsoethus denique loco obscurissimo ita lucem affundere studet, ut apodosin, quae lateat in ἀκαίρως δὲ — ἀπενέχετον, sic conformet:

ἀκαίρι -

*ρως τε δυσφιλὲς γαμή -
λενμ' ἀπενέχομαι δόμοις
γυναικοβούλους τε μῆτιδας φρενῶν*

atque a verbis ἐπ' ἀνδρὶ τενχεσφόρῳ κ. τ. λ. novum enuntiatum incipere statuat

*ἐπ' ἀνδρὶ τενχεσφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ δήοισιν ἔγκοτῷ σέβας.*

„Dem Manne“ inquit „(heisst es im Gegensatz zu dem Weibe, welches sich der Waffen in böser Weise bedient), der in Waffen ist, dem Manne, der den Feinden gegenüber steht, — wohnt Ehrfurcht bei (d. h. allen Respect vor dem Manne)“ — — „Und nun folgt der Gegensatz vom Weibe: τίω δ' ἀθέρμαντον ἔστιαν κ. τ. λ.“

At μῆτιδες γυναικόβούλοι φρενῶν neque sic nude poni possunt, consilia enim mulierum per se ipsa non sunt abominanda, et scelus Clytemestrae, in quo exemplo θηλυκρατοῦς ἀπερώτον ἔρωτος summa rei agitur, hoc loco quamquam oblique tamen simili diligentia perscribendum erat, qua Althaeae et Seyllae facinora, in quibus describendis multus est chorus. Itaque necessario μῆτιδες γυναικόβούλοι copulantur cum iis quae sequuntur ἐπ' ἀνδρὶ τενχεσφόρῳ κ. τ. λ. (v. 991 ἥτις ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος). Qua de causa nec emendatio nec interpretatio Heimsoethi probari potest.

Nos quamquam facere non possumus quin ab omnibus, qui adhuc hanc stropham explanare conati sunt, dissentiamus, tamen apud eos fere omnes aliquid deprehendisse nobis videmur, quod ad superandas loci difficultates non nihil momenti affert. Magnam offensionem habet ἀκαίρως δὲ, maiorem δηλοις ἐπικότῳ, maximam vero σέβας. Quid autem, si statuimus Aeschylum non σέβας scripsisse, sed σέβω, coniunctivum deliberativum, et interrogationis signum post verbum ponimus? Nonne sic demum res expedita videtur? Sensus enim hic est: Quoniam mentionem feci scelerum Althaeae et Seyllae, celebremne coniugium illud abominandum et insidias muliebres structas adversus virum armiferum (*γαμήλευμ* ἀπεύχετον — σέβω;)? σέβειν enim non solum est revereri, sed etiam venerari, oratione laudare, celebrare. Suppl. 1026 μηδὲ ἔτι Νείλου προχοὰς σέβω μεν ὕμνοις. Inest autem in hac interrogatione sarcasmus quidam, qui chori rem omnium atrocissimam indignantis affectum multo fortius exprimit, quam μνήσομαι, quod scholiasta ex ἐμνησάμην audit, ἀπεύχομαι, ἀπευκτέον, μεγαίρω (Hartung.), παρήσω. Apodosis igitur interrogative conformata est. Ea incipit ab ἀκαίρως δὲ; δὲ quod vocare solent ἀποδοτικόν, apud Aeschylum epicac sermonis imitatorem nihil habet insoliti. Ag. 198—205 ἐπεὶ δὲ, — μάντις ἔκλαγξεν — ἄναξ δὲ πρέσβυς τότε εἶπε (cf. Bäumlini doctr. particul. p. 93); ἀκαίρως necendum est cum δυσφιλές significatque praeter modum; cf. ea quae de vi substantivi καιρός et adiectivi ἀκαιρος disputavit Naegelsbachius *), quo cum consentit Heimsoethus p. 245.

*) l. l. p. 479: ‘καιρὸν dici pro iusto modo idque etiam apud Aeschylum nemo negat; cf. Prom. 507 μή νυν βροτῶνς μὲν ὡφελεῖ καιροῦ πέρα. Agam. 787. Ἀκαιρον igitur id est quod iustum modum exceedit.’

Jam sublata difficultate, quam σέβας et ἀκαίρως δὲ at-tulerunt, accedimus ad illud δῆτοις ἐπικότω. Dindorfius recepit δάραις ἐπικότω, sed quid hoc loco bellator, qui hostibus irascitur vel irascebatur, velit, equidem non video. Aliud certe adiectivum scholiastam legisse patet ex scholio adscripto: ἐπ' ἀνδρὶ φοβερῷ καὶ σεβαστῷ καὶ παρὰ τοῖς πολεμοῖς; qui quod σεβαστῷ adiungit, documento est veram lectionem σέβω iam in substantivum σέβας depravatam esse, quod autem φοβερῷ habet, interpretari mihi videtur adiectivum ἐμφόβῳ, terribili hostibus. Soph. O. C. 39 αἱ γὰρ ἐμφοβοι θεαὶ σφ' ἔχουσι. Scribendum igitur erit
 ἐπ' ἀνδρὶ δήσιτιν ἐμφόβῳ σέβω;

At nonne κακοφωνία quaedam inest in eodem exitu adiectivi et verbi, ἐμφό-βῳ et σέ-βῳ? Non inest; nam tales exitus Aeschylus non respuit: Prom. 28 φιλανθρώπον τρόπον, ib. 608 δυσπλάνῳ παρθένῳ, Eum. 754 τὸν ἐμοὺς δόμοντος. Agamemnon autem ideo ἐμφοβος δήσιτιν praedicatur, quo magis emineat sceleris a Clytemestra perpetrati indignitas. Nam haec dicit chorus: Qui vel hostibus terrori fuit, eum non verita est uxor turpiter mactare.

Tales igitur tali viro structas a muliere insidias abominatur chorus.

τίω δ' ἀθέρμαντον ἐστίαν δόμων
γυναικεῖαν τ' ἄτολμον αἰχμάν.

Sic enim cum Naegelsbachio scribendum erit, cuius interpretatio huius loci una omnium optima mihi videtur esse. 'Colit, inquit, chorus focum aedium ἀθέρμαντον, hoc est ignito conseleratae mentis furore carentem — colit idem γυναικεῖαν τ' ἄτολμον αἰχμάν. Facile intellegitur αἰχμάν esse pro sceptro idque pro regimine muliebri (cf. Prom. 450. Agam. 483); ergo probari sibi chorus dicit reginam mulierem scelerata carentem audacia.'

Tota igitur strophe sic restituenda mihi videtur:

ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων

πόνων, ἀκαίρως δὲ δυσφιλές γαμήλευμ' ἀπεύχετον δόμοις
 γυναικοβούλους τε μῆτιδας φρενῶν
 ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
 ἐπ' ἀνδρὶ δῆσιν ἐμφόρῳ σέβω;
 τίω δ' ἀθέρμαντον ἔστιν δόμων
 γυναικείαν τ' ἄτολμον αἰχμάν.

IX.

697 νῦν δ' ἡπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
 ἵατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.

Stulti et arrogantis esse videtur putare per scopulos multorum naufragiis infames faustum sese iter tentare posse. Sed tamen *τοῦργον* ἐστ' ἐργαστέον, vel cum eiusmodi proprii periculo.

Priusquam autem ad ipsos scopulos accedamus, quaerendum est, utri personae versus οἱ γῷ, καὶ ἀκρας κ. τ. λ. et qui consequuntur, sint tribuendi, Clytemestrae an Electrae. Illius esse non possunt, quamvis Weilius affirmet rem ipsam clamare nullius esse nisi Clytemestrae. Nam simulare dolorem, dissimulare gaudium reginam decet, at tantum prae se ferre luctum, ut exclamat καὶ ἀκρας ὡς πορθούμεθα, φίλων ἀποψιλεῖς με τὴν παναθλίαν, ἡπερ βακχείας καλῆς ἵατρὸς ἐλπὶς ἦν, vel a Clytemestrae persona abhorret. Quid enim est causae, quod coram ancillis, quae eam probe norunt, et coram iis, quos peregrinos et rerum domesticarum prorsus ignaros esse putat, tam effusi doloris simulatione utatur? Immo nuntio insperato obstupefacta conticuit et dolorem simulabat vultu, ut nutrix postea testatur v. 738 θέτο σκυθρωπῶν ἐντὸς δημάτων γέλων (nam sic legendum arbitror). Nimii illius doloris simulatio magis convenit Electrae, ut iam Klausenius viderat. Egressa enim ex aedi-

bus *) morem gerens mandato Orestis, ut se adiuvet, si cubi eius rei opportunitas praebeatur (v. 579), has simula-
tas lamentationes profert, ut eo quod nuntio se fidem ha-
beré testetur, eius véritatem manifestam atque haud dubiam
Clytemestrae affirmet. Accedit quod ita demum et perspi-
citur, quo spectent ea, quae infra Clytemestra dicit v. 717
κοινώσομέν τε κού σπανίζοντες φίλων βουλευσόμεθα;
his enim verbis oblique perstringit Electram, quam lamen-
tantem audivit *φίλων ἀποψιλοῖς με;* et extremi versus
fictae orationis, de quibus quaerimus, recte intellegi et
emendari posse videntur. Quos nuperrime Heimsoethus sic
restituit:

*νῦν δ' ἡ πάρην δόμοισι βαχείας καλῆς
ἰατρὸς ἐλπὶς, ἡ φανισμένην γράφεις,*

nexus scholiorum auctoritate, quorum alterum ad v. 697
adscriptum habet *ἡ τοῖς οἴκοις ἰατρικὴ ἐλπὶς τῆς ἀγαθῆς
εὐφροσύνης.* νῦν δὲ *ἀπώλετο*, alterum ad v. 699 *τάξον
αὐτὴν ἀφανισθεῖσαν ἀρρᾶ.* At mihi lectio *ἢ περ ἐν
δόμοις* vel contra Scholiastae auctoritatem retinenda vide-
tur. Electra ambigue loquitur: *ἰατρὸς ἐλπὶς* palam ad
Orestem referri vult, tecte simul significat spem, quam Cly-
temestra et Aegisthus conceperint, iam ad irritum cadere. Du-
plicem igitur spem Electra notat, alteram ipsius, alteram
Clytemestrae, atque huic ambiguati bene convenit *ἐν δό-
μοις.* Haec amphibolia etiam in causa est, cur oratio sit
conformata *ἀνακολούθως*: *καὶ νῦν Ὁρέστης — νῦν δ' ἢ περ
ἐν δόμοισι — ἐλπὶς ἦν.* Ne enim ad Orestem solum spec-
tet oratio, quod si fieret, verba male ominata esset habi-
tura, Electra eam ita flectit, ut in universum dicat spem,
quae *ἐν δόμοις* fuerit, iam evanuisse. Sed quid *ἡ φανισμέ-
νην γράφεις* sibi velit, equidem non video. Participium

*) Tres semel in scaenam prodiisse actores hodie nemini mirum
videbitur. cf. Sommerbrodt. de Aeschyli re scaenica II, 50. 51.

ἡ φανισμένη est illud quidem per se probandum atque commendatur scholiistarum consuetudine tempus perfectum per aoristum explicandi (cf. ea quae Heimsoethus l. l. p. 200 attulit exempla); sed *γράφεις* ferri non potest. Comparat quidem vir doctissimus Plat. Legg. 955 A ἐὰν δὲ οὐ κωλύων ἀγωνίζεσθαι νικήσῃ, τά τε νικητήρια τῷ διακολυθέντι διδόναι καὶ νικήσαντα γράφειν ἐν ιεροῖς οἷς ἀντίθέλη, verum, cum hoc loco Plato leges scribat de certaminibus gymnasticis vel musicis et, quis a moderatoribus in templis sit inscribens viator, appareret locum Platonicum nihil afferre ad solvendum illud quod vere dixeris aenigma *γράφεις*.

Mihi locus corruptus fortiore remedio egere videtur: resecanda censeo ulcera duo *παροῦσαν* et *ἔγγραφει*. Participium *παροῦσα* vel, iunctum cum *ἔγγραφει*, *παροῦσαν* nihil aliud est nisi glossema verbi *ὑν*, quod quomodo fieri potuerit ut in textum irreperet, optime docuit Heimsoethus p. 201; *ἔγγραφει* autem inde natum mihi videtur, quod aliquis *διορθωτής* correctioni nescio cui, quam versui depravato adhibuit, notissimum illud *γράφει* adscripsit, quod postea in versum ipsum temere fluxit atque in metri necessitatem ita redactum est, ut in *ἔγγραφει*, sicut *παροῦσα* in *παροῦσαν*, corrigeretur. Exterminanda sunt igitur haec foeda glossemata, quibus critici mirum quantum indulserint. Verae autem manus vestigia servarunt scholia duo, unum ad v. 698: *ἡ εὐφροσύνη τῶν βασιλείων οἴχεται*, alterum ad v. 699: *τάξον αὐτὴν ἀφανισθεῖσαν ἀρά*, quae sequentibus nobis non dubium est quin poëta seripserit *ἀφαντος οἴχεται*. Hoc autem Aeschyleum esse patet ex versu 776 Ορέστης *ἐλπὶς οἴχεται δόμων*, Ag. 657 *αἱ δὲ (νῆες) φέρουται ἀφαντοι*.

Locus igitur emendate sic scribitur:

*νῦν δὲ ἡπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, ἀφαντος οἴχεται.*

X.

Stasimi alterius antistropham β' a foedis interpolationibus critici perpurgaverunt. Sic Naegelsbachius l. l. p. 494 adhibitis Seidleri Blomfieldi Bambergeri Engeri curis eam hunc in modum sanavit:

$\sigma \nu \delta \varepsilon \vartheta \alpha \rho \sigma \tilde{\omega} \nu, \delta \tau \alpha \nu \dot{\eta} \chi \eta \mu \acute{e} \varrho \sigma \xi \varrho \gamma \omega \nu$
 $\dot{\epsilon} \pi \alpha \ddot{\nu} \sigma \alpha \varsigma \pi \alpha \tau \varrho \dot{\alpha} \varsigma \alpha \dot{\nu} \delta \dot{\alpha} \nu$
 $\vartheta \varrho \epsilon \mu \acute{e} \nu \alpha \tau \dot{\epsilon} \pi \nu \alpha \nu$
 $\pi \acute{e} \varrho \alpha \nu' o \dot{\nu} \alpha \dot{\epsilon} \pi \mu \mu \varphi \alpha \nu \dot{\alpha} \tau \alpha \nu.$

hoc sensu: ‘tu vero fidens, quando venerit officium agendi, patris illi vocem acclamans, ubi te filii nomine compellabit, perfice ultionem probro parentem’.

Antistrophae sic sanatae numeri accurate respondent strophae alteri, qualem restituit Seidlerus, Dindorfius probavit. At summae offensioni est $\pi \alpha \tau \varrho \dot{\alpha} \varsigma \alpha \dot{\nu} \delta \dot{\alpha} \nu$. Naegelsbachius patris vocem eam interpretatur, qua si Orestis loco foret, pater usurpus esset; esse igitur: ‘exclamanti Clytemestrae fili regerito interfetrix mariti’. At primum, si vera esset haec interpretatio, in illo $\pi \alpha \tau \varrho \dot{\alpha} \varsigma \alpha \dot{\nu} \delta \dot{\alpha} \nu \dot{\epsilon} \pi \alpha \ddot{\nu} \sigma \alpha \varsigma$ summa esset dicendi obscuritas. Nam quis Graece loquentium $\alpha \dot{\nu} \delta \dot{\alpha} \nu \pi \alpha \tau \varrho \dot{\alpha} \varsigma$ intellexisset vocem, qua usurpus pater esset, si Orestis loco foret? Deinde, si mater exclamaverit ‘fili’, Orestes filius ei non acclamabit ‘mariti interfetrix’, sed ‘patris interfetrix’. [Heimsoethus qui paulo aliter antistropham restituit, sed $\pi \alpha \tau \varrho \dot{\alpha} \varsigma \alpha \dot{\nu} \delta \dot{\alpha} \nu$ et ipse intactum reliquit, sic explicat p. 269: ‘der Genetiv ist der dichterische Ausruf für den Ruf „Vater“, ut sensus sit: exclamanti Clytemestrae ‘fili’ regerito ‘pater’. Id nullo modo recte se habere potest. Nimirum matri satis est exclamare fili: nam in hac ipsa compellatione inest admonitio pietatis; at filius, si voce responsurus est ea, qua matrem impietatis in patrem coarguit, non potest exclamare pater, sed ‘patris interfetrix.’ Quod infra dicentem

facit poeta. Nam ubi Clytemestra his verbis 896: ἐπίσχες ὡ
 παῖ, τόνδε δ' αἰδεσται, τέκνον, μαστὸν vitam suam de-
 precari et pietatis admonere filium studuit, Orestes, cum
 diu haesitasset, tandem adhortante amico confirmatus animo
 matri dicenti ἔγώ σ' ἔθρεψα, σὺν δὲ γηράναι θέλω re-
 spondet: πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί; Atque
 haec quidem vox latere mihi videtur in scriptura vitiosa
 πατρὸς αὐδάν. Nimirum qui meminerit, in codicibus literas *A*, *A*, *A* et rursus *Y* et *OI* inter se permutatas esse, ei non mirum videbitur, si πατρὸς αὐδάν depravatum ex vocativo πατρῷ αλοίᾳ esse iudicamus. *Πατραλοίας* est et interfector et interfector patris: cf. Lob. Par. p. 268. Quemadmodum autem πατροκτόνος non solum in filio vel filia patris occisore dicitur, sed etiam apud Aeschylum in Aegistho et Clytemestra, quod patrem Orestis occidissent, ut v. 973 ἴδεσθε — πατροκτόνους τε δωμάτων πορθήσας, 1027 μητέρα — πατροκτόνον μίασμα, 911 πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί, ita nomen πατραλοίας prorsus synonymum eandem vim habere consentaneum est. Hanc autem vocem non solum Aristophani comicò aut prosae orationis scriptori, ut Platoni, propriam esse documento est nomen μητρῷ αλοίας de Oreste, qui aliis locis μητροκτόνος et μη-
 τροκτονεῖν dicitur, in Eumenidibus bis dictum, v. 152 et 210.

Jam vix quidquam ad lectionis integritatem in stropha sic emendata desiderabitur:

σὺ δὲ θαρσῶν, δταν ἥκῃ μέρος ἔργων,
 ἐπαῦσας ‘πατρῷ αλοίᾳ’
 θρεομένᾳ ‘τέκνον’
 πέραιν’ οὐκ ἐπίμομφον ἀταν.

XI.

946 ἐμοὶ δὲ φί μέλει κρυπταδίου μάχας δολιόφρων
 ποινά.

Auratum constat illud φί correxisse in φί, quod ample-

xus Blomfieldus est. 'Manifestum est' inquit, 'Poenam esse, ἢ μέλει κρυπταδίον μάχας'. Idem nuper defendit Heimsoethus p. 278, monens illi ἔμολε μὲν δίκαια in stropha ἢ respondere hoc ἔμολε δ' ἢ μέλει, illi βαρύδικος ποινά hoc δολιόφρων "Ἄτα *")'. At si illi versus inter se concordant, ut concordant, sequitur, etiam voci Πριαμίδαις aliquid oportere in versu antistrophico respondere: nam Πριαμίδαις non est, ut χρόνῳ in eodem versu, vox secundaria, sed primaria, sicut voces ἔμολε et ποινά. Et respondet mea quidem sententia dativo Πριαμίδαις enuntiatum relativum ὃ μέλει κρυπταδίον μάχας, per quod Aegisthum significari iam scholiasta vidit. At qui fieri potest, ut is, qui dolosae necis auctor fuit, dicatur ὃ μέλει? Sane dici non potest atque praesens μέλει viris doctis fraudi fuit, ut aut ἢ pro ὃ aut, ut Ahrensius, pro ποινά legi vellent Ερμῆς. Miror fugisse criticos, quos quidem neverim, emendationem in aperto positam ὃ μέλειν, quae confirmatur a scholiasta haec adnotante: τῷ Αἴγισθῳ ἔμολεν ἡ ποινὴ τῷ ἀποκτείναντι δόλῳ τὸν Αγαμέμνονα (de elisione augmenti μέλειν satis est testari Bekker. hom. Blätter p. 174). His de causis legendum est:

ἔμολε δ' ὃ μέλειν κρυπταδίον μάχας δολιόφρων ποινά.

*) Sie enim legendum putat pro ποινά, at cf. Rossbachi de Choe-phorum Cantico quinto commentationem, Vratislav. 1862 p. 4.

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 053 182 6 ●

SEPT. 24, 1867.]